

sunt restituta remedia, vires agendi ut promptiores, sic expugnatū difficiliores obtainere. Exemplo praeat olei calcanthi, exigua sex vel octo guttularum *Oleum vi. trioli.* portio, vncijs duabus tribusve aquæ cichoreæ permixta. Cùm ergo mesenterium obstructum febriles insultationes procreārit, an quis existimabit tātillam molem facili momento consumptā iri? Certè, quæ vis est partiū eius subtilium, per vasa crassiore sanguine oppleta, liberè peruadet, caloris naturalis vim in occultis recessibus obseßsam ceu manu educet, vt insurgat ad obsidētis sanguinis fartos meat' liberādos. Nec sola nitimur experiētia. Ratio ipsa medicaminis subest efficaciæ. Natura siquidē, vel calor innatus, non medicamentū, morbos sanat. Quò longius ergo sopita languescit, cò magis remediorū omnium conatus est irritus. Iam si ea sit remedij conditio, quâ suarum virium & substatiæ tenuitatis merito ad claustra obseſſi caloris natiui permeare possit, an' non illud per quam opportunè naturæ erigendę deseruit? Vitrioli oleum caliditatis & frigiditatis particeps, quod acor

M 3 eius